UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Heroni Remp. gerenti. 336.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

tatem ipſius proditurũ erat:) verùm quid? Niſi quod viderit Patrem facientem. Perſpicíſne quonam pacto honoris ac roboris ęqualitatem, eandémque ſubſtantiam prędicet?

τὸ δύνασθαι παρὰ τοῦ πατρός. τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι, τῷ μὴ δύνασθαι ἀποδιασταλῆσαι ἐλέγχει. εἴγε ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγορεῖν ἔμελλε τὸ ῥηθὲν, ἀλλὰ τί ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ὁρᾷς πῶς τὴν ἰσοτιμίαν καὶ τὸ ἰσοσθενές. καὶ τὸ ὁμοούσιον κηρύττει.

Heroni Remp. gerenti. 336.

Scenicis, vir optime, ſummum hoc ſtudium eſt, non vt per ipſorum cauillas multi meliores reddantur (quemadmodum ipſe dixiſti, teipſum, & eos, qui te audiunt, decipiens) verùm vt multi peccēt. Etenim in ſpectatorum improbitate felicitatem ſuam conſtitutam habent. Ita fit, vt, ſi illi meliores efficiantur, ſua his ars peritura ſit. Quamobrem nec vnquam eos, qui delinquunt, corrigere in animum induxerint, nec ſi velint, id poſſint. Mimica enim eorum ars naturâ tantummodò ad nocendum comparata eſt.

Ἥρωνι πολιτευομένῳ. τλϛ.

Τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ, ὦ βέλτιστε, σπουδὴ μεγίστη, οὐ τὸ σωφρονίζειν πολλοὺς τοῖς σκώμμασιν, ὡς ἔφης, σαυτὸν, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου παραλογιζόμενος, ἀλλὰ τὸ πολλοὺς ἁμαρτάνειν. ἐν γὰρ τῇ κακίᾳ τῶν θεατῶν τὴν εὐημερίαν ἔχουσιν, ὥστε εἰ ἐκεῖνοι βελτίους γένοιντο, τούτοις ἀναπόλοιτο ἡ τέχνη. οὔτε οὖν ἕλοιντο ἐπανορθῶσαι τοὺς πταίοντας, καὶ βουληθεῖσιν, οὐχ οἷόν τε. πέφυκε γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βλάπτειν ἡ μίμησις..

Theodoſio Epiſcopo. 337.

Quemadmodum optimus medicus ad ægrotantis naturæ ſubſidium arte inſtructus & armatus, cùm variis morborum generibus corpus obſidetur, aduerſus eum, qui acriùs vrget, in procinctu ſtans (qui enim cùm ſalutem afferre liceat, id facere negligit, interitus ſcilicet cauſa eſt) eos, qui moram ad dilationem admittunt, in poſterius ſeruat, ne alioqui dum hos viciſſe ſibi videtur, ab illo, qui etiam victoriam eam, quæ extitiſſe videbatur, in cladem conuertit, imprudens ſuperetur: eodem modo tu quoque medendarum animarũ ſcientiam prudentia temperans, ad id, quod ampliùs vrget, oculorum aciem intende. Nam eo ſanato, ſpes eſt fore, vt reliqua etiam ſanentur.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. τλζ.

Ὥσπερ ἄριστος ἰατρὸς τέχνῃ πρὸς συμμαχίαν τῆς ἀρρωστούσης φύσεως ὡπλισμένος, ὅταν πολύτροποι νοσημάτων ἰδέαι τὸ σῶμα πολιορκῶσι, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἱστάμενος. ὁ γὰρ ἐξὸν σῶσαι περιορῶν, τῆς ἀπωλείας δηλονότι αἴτιος, τὰ ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν ἐπιδεχόμενα τηρεῖ δεύτερα, ἵνα μὴ ταῦτα δόξας νενικηκέναι ὑπ' ἐκείνου λάθῃ νικώμενος τοῦ καὶ τὴν δόξασαν γεγενῆσθαι νίκην εἰς ἧτταν περιτρέποντος, οὕτω καὶ αὐτὸς τῇ συνέσει τὴν τῆς θεραπείας τῶν ψυχῶν ἐπιστήμην κεράσας πρὸς τὸ κατεπεῖγον βλέψον. ἐκείνου γὰρ ἰαθέντος ἐλπὶς καὶ τὰ λοιπὰ συνιαθήσεσθαι.

Orioni. 338.

Corporis quidē voluptates lepidæ ſunt, eámque vim habent, vt hominem velut

Ὠρίωνι. τλη.

Αἱ μὲν τοῦ σώματος ἡδοναὶ στωμύλαι εἰσὶ, καὶ δειναὶ γοητεῦσαι, καὶ τὸν